

7 Tertia conclusio. Quando res contenta in regula sunt secundi generis, nempe pertinentes ad tria substantialia religionis vota; tunc earum transgressio est mortalis, quia vota illa sub mortali obligant. Atque ita docet D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 9. ab omnibus receptis. Intellegitur autem ex genere suo; nam quando malitia est modica, voti transgressio est venialis, ut diximus lib. 4. c. 4. n. 1. & 2.

9 Observandum autem est, d. Thom. eod. art. 9. corpore, appellare hanc vota simul sumpta, vota professionis, non tamen eo quod sit aliquod peculiare professionis votum distinctum ab illis tribus: quare ipse se statim explicat, dicens in votum professionis tria illa principaliter cadere; nempe, paupertatem, castitatem, & obedientiam. Cum autem dicat illa principaliter cadere, infinitum aliquid aliud minus principaliter cadere, nempe, vitam regularem, quae teste D. Thom. ibidem, ad trium illorum votorum observantiam ordinatur, atque ita se habet tamquam circumstantia quadam materia singularum illorum votorum; quippe illis tribus votis pollicetur religiosus se paupertatem, castitatem, & obedientiam servatorem in vita regulari. Quod si queras, in quo hac vita regularis cadens in votum professionis tamquam circumstantia materia votorum consistat; id bene explicat Valent. 2. 2. disp. 10. q. 4. punct. 5. circa 23. circumstantiam, dicens non consistere in actuali regularum observantia; nam tunc quavis regula transgressio esset contra votum. Sed consistit in eo quod religiosus sit regulae subiectus, quod quid prius est, quam actu servare regulam; quippe non servans ob id reprehenditur, quod cum regula subiectus sit, eam transgreditur. Hanc autem subiectionem bene sibi ait, nec non consistere in proposito servandi regulas, nec in hoc, ut ita sit illis religiosis subiectus, ut earum transgressio sit peccatum, quia quandoque non est peccatum. Sed in hoc consistit, ut ita religiosus sit illi subiectus, ut iure optimo ob earum transgressionem possit a superioribus puniri.

10 Quarta conclusio. Quando res terti generis, nempe, alia consilia evangelica continentur in regula, tunc regula non obligat, quia haec spectant ad charitatis perfectionem. At religiosus non tenetur esse perfectus, & si teneatur conari tendere ad perfectionem, id non est iuxta omnia consilia evangelica, sed iuxta praecipuum suae regulae, quod latius explicabitur toto c. seq.

11 Quinta conclusio. Si loquamur de rebus quarti generis, nempe, de aliis observantibus regularibus externis in regula praecipitis, ad nullam prorsus culpam obligant, quando regulae initiator mentem suam explicuit esse, ut ad nullam culpam obligent, ut in regulis fratrum Praedicatorum dicitur sic; *voluntas obligare ad culpam*. Idem in regulis fratrum Minorum; ut refert Passarellus statim allegandus; & in regulis Societatis IESU, ut habetur 6. p. confitetur. c. 5. Et ratio est, quia in potestate illius est praecipere, ut superior praecipit inferioribus, vel solum proponere, vel, ut dicitur solet, ordinare, & dirigere per modum consilium consilii, & sic ad nullam culpam obligare. Item quia cum haec regulae sint de rebus aliis non obligantibus, nullam obligantiam vim habent, nisi ex voluntate legislatoris volentis, & potestatis obligare ad culpam. Ergo ubi legislator explicuit suam mentem esse, non obligare ad culpam, ejus statuta non inducunt obligationem in conscientia. Item quia poena non necessario praesupponit culpam, sed potest abique culpa imponi, licet non abique aliqua causa; ut docet D. Thom. 2. 2. q. 108. art. 4. & tradit reg. sine culpa 23. de reg. jur. in 6. causa autem sufficientis, ut iulle poena imponatur, est transgressio regulae, & ordinationis superioris. Adde etiam, tunc poenam non habere veram poenam, sed culpam penalitatis rationem, ut num. 13. dicemus: atque ita regulas fratrum Praedicatorum ad nullam culpam obligant, eo quod legislator hanc fuisse suam mentem explicuit. Testatur D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 9. ad 1. & ibi Cajet. circa solut. ad 1. dub. 1. D. Anton. 3. part. tit. 1. c. 16. §. 13. Angul. verb. religiojus n. 28. Sylv. verb. relig. 1. q. 12. dist. 1. Tabien. verb. religiojus q. 22. & ibi Armi. num. 13. Caus. lib. 1. de leg. penal. c. 8. §. 2. principibus argu. c. 5. d. cum. 4. in prin. c. lib. 2. c. 8. §. 1. sed contra hanc sententiam, de iust. q. 6. art. 4. vers. sed solvenda Jo. de Medi. C. de rebus quibus de necessitate servandi, respu. §. ut legitur, Navarre. summa. c. 23. Hispan. num. 47. Latin. num. 49. Salicet. 4. dist. 38. disp. 1. Vique. lib. in fin. c. 17. §. 1. vers. 13. Vincent. Vandel. super statut. ordin. Pradict. Cordub. in reg. D. Francis. c. 10. q. 3. Passarel. in privileg. Minim. c. 25. Perez. lib. 4. ordinam. tit. 15. lib. 2. fol. 304. §. ex quibus intellegit, Bartol. Medi. 1. 2. q. 96. art. 4. vers. ad quintum, & ibi Valquez. disp. 158. c. 3. §. 8. & ibi Azor. lib. 5. in fin. moral. tom. 1. c. 2. in fine, Valent. 2. 2. disp. 10. q. 4. punct. 5. col. 3. de offic. sacerdot. tom. 1. p. 2. lib. 3. c. 2. concl. 2. & plures alii Doctores.

12 Sed Joannes de Neapoli, quodlibet. 14. q. 16. tenet contrarium, dicitus quod impossibile sit esse leges religionis regularis illas, & earum transgressionem non esse culpam, eo quod videatur esse de essentia legis ad culpam obligare. Circa quam difficultatem plura traduntur Doctores in tract. de leg. & aliis variis in locis. Videri poterant Gabriel Valquez. 1. 2. q. 96. art. 4. disp. 158. c. 2. Valent. 1. 2. disp. 7. q. 5. punct. 6. col. 8. Martin. lib. 9. art. 4. col. 6. vers. tertium argumentum. Araza. 2. q. 62. art. 3. col. 5. Bellarm. tom. 1. controvers. part. 2. controvers. §. de membr. Eccles. lib. 3. c. 11. & Suarez. tom. 1.

in 3. p. 94. 20. art. 2. disp. 43. sect. 1. col. 3. & penult. Sed lib. 1. de iust. q. 6. art. 4. col. 9. vers. sed solvenda. Tol. in c. 10. Joan. amor. 14. ad finem. Breviter respondendum est, iuxta communione sententiam; eas leges non esse proprie leges obligantes, & cogentes, assimilari tamen legibus in multis, scilicet, in causa efficiendi; nam facta sunt a superiori habente auctoritatem condendi veras leges: & in causa materiali, quia versantur circa actus subditorum, quorum dispositio, & ordinatio spectat ad superiorem: & in formali, quia servat eandem formam verbis. Et denique in causa finali, quia ordinantur ad illud bonum subditorum, ad quod ordinatur subiectio. Deserviunt tamen a rigore, & proprietate legum, quia deest illis vis coactiva, & inductiva obligationis ad culpam, quae vis non potest inesse illis regularis, nec aliis ordinationibus superiorum contra eorum intentionem, a qua pender tota earum institutio.

13 Utrum autem regulae Praedicatorum obligent ad poenam in illis taxatam sub aliqua culpa, non constat inter Doctores; nam D. Anton. & Azor. allegati n. 11. & Casp. lib. 2. de legal. penal. c. 8. dicunt esse culpam, non subire poenam regulis taxatam, aut a superiori impositam: hanc autem culpam ait D. Anton. ibi, in fin. esse venialem. Et favent D. Thom. Sylvest. Navarre. eo n. 11. allegati: dicunt enim transgressores regularum obligari ad poenam. Dicuntur, quia regularum conditor expresse dicit se transgressores obligare ad poenam, etiam non ad culpam. At ubi obligatio est, ubi praecipuum esse oportet, praecipuum vero, & obligatio omnifido culpa est. Item quia ubi non est culpa, non debet esse poena. Sed veritas est, nullam esse culpam non subire poenam illam regulam, vel a superiore impositam, nisi addit peculiare superioris praecipuum obligans. Ratio est, quia generaliter tradit regulae illius initiator, se ad nullam culpam per illas regulas velle obligare; at qui totum dicit, nihil excludit. Sicut ergo violator silentii regulae non peccat, ita nec peccat poenam violati silentii non perferens; alias statim sibi contradiceret, dum Legislator dicit se per nullam constitutionem velle ad culpam obligare; at velle obligare ad poenam, si obligatio haec ad poenam, effect sub aliqua culpa. Quia cum illa poena debeat ex illa constitutione, iam illa constitutio obligare ad culpam. Unde, dum dicitur transgressores regularum obligari ad poenam sustinentes, intelligitur de obligatione hanc accepta; ita ut nihil aliud idelligitur de obligatione ad poenam regularem ad eos religiosis pertinere, ut superiores possint cum auctoritate transgressores ad poenam exigere, & illos, si voluerint, obligare sub peccato ad penas illas sustinentes. Et quomodo solae poenae culpe correspondentes habent veram poenam, ceterae autem, quae a transgressores regularum ad culpam non obligantem exiguntur, sunt proprie penalitatis quaedam; at communi vocabulo dicuntur quoque poenae, eo quod consistant in privatione, & in privatione boni aliquo debiti, & sint contra naturalem propensionem. Et ideo hanc sententiam sustinent Cajet. 2. 2. q. 186. art. 9. circa solut. ad 1. in dub. 2. & 3. Vique. Armi. & Valent. num. 11. allegati.

14 Sexta conclusio. Quomvis transgredi constitutiones religionis ad nullam culpam obligantes, nulla sit culpa, casu ratione, quod illarum transgressio sit: at potest ibi adesse culpa ex pravo fine, quo transgrediens movetur; sicut idem contingit in quibusdam aliis ad culpam non obligantibus: quod bene docet D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 9. ad 1. ab omnibus receptis. Quare non peccat religiosus, qui regulam sub peccato ex se non obligantem transgreditur aliquo fine, vel causa, que tunc videtur illi honesta, quamvis id, quod facit, sit minus bonum, quam servare regulam; non enim tenetur quis semper facere, quod melius est. Quod bene docet Valent. 2. 2. disp. 10. q. 4. punct. 5. ad finem Valg. 1. 2. q. 96. art. 4. disp. 158. c. 3. n. 16. quibeneaddit, si transgrediens eam regulam, movetur aliunde a solo virtutis fine, ex causa, sicut heri potest, fore opus virtutis, licet materialiter contra talem regulam operetur, tamen minus peccatum, quam regulam eam servare.

15 Hos autem modos, quibus potest ex regula ad culpam ex se non obligantem transgrediens esse culpa, explicat D. Thom. predicta solut. ad 1. quando ex negligentia, vel libidine, vel contemptu praedita transgressio contingit. Nominem autem negligentiam intelligit non quidem aliquam simplicem voluntatem, qua quis transgreditur regulam velit: sed quando ex nulla alia causa, quam ex quodam animi torpore, & negligentia ducitur ad transgressionem; tunc non est humanum, sed rationi dissonat moveri ad aliquid ex animi torpore abique alia causa, vel sine rationabili. Nominem autem libidinis intelligit cupiditatem nimiam erga aliquid, propter quod quis regulam transgreditur. Et constat, quia facere ex libidine quiddam aliud regula non prohibentem, est culpa. Ergo a fortiori, si regula prohibentem sit. Et his duobus modis est sola culpa venialis ea regulae transgressio, quia finis est venialis. Utrumque docet Cajet. eod. art. 9. circa eam solut. ad 1. dub. 4. & Valent. n. praeced. allegatus, qui bene addit, communiter admisceri culpam in transgressione huiusmodi regularum; irrepit enim facile, aut torpor, aut libido. Unde minus bene D. Anton. 3. p. tit. 16. c. 1. §. 13. explicat nomine libidinis complacentiam frivolis, atque dicit esse mortale, ex ea regulam transgredi, quippe

pe nomine eius complacentia non intelligit contemptum, cum eam distinguit a contemptu. Sola autem complacentia transgressionis ex se culpa vacantis non constituit mortale.

16 Quando autem transgressio regulae ex contemptu contingit, esse mortale fatetur universi cum D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 9. quia hoc est contra votum professionis, quo religiosus vitam regularem promittit: nam vita regularis promittit, consistit in subiectione erga regulam. Cum ergo contemtu illam adverterit huic subiectioni, facit directam contra eam professionis votum: & cum subici simpliciter, & absolute regulae, non sit res levis, erit mortale. Quando autem contemptus hic accidat, vel cum subici simpliciter, & absolute regulae, non sit res levis, erit mortale. Quando autem contemptus hic accidat, vel cum subici simpliciter, & absolute regulae, non sit res levis, erit mortale. Quando autem contemptus hic accidat, vel cum subici simpliciter, & absolute regulae, non sit res levis, erit mortale.

17 Hinc deducitur, quantumvis transgrediendi regulas consuetudo sit, non esse illarum contemptum, nisi transgressio causa sit, nolle regulae subici, quamvis consuetudo illa ad contemptum disponat. Atque ita docent D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 9. ad 3. & ibi Cajet. in fin. Sylv. verb. religio. 1. q. 8. dist. 2. & Valent. 1. 2. disp. 7. q. 3. punct. 6. col. antepenult.

18 Secundo deducitur, quantumvis verum sit, quod tradunt aliqui Doctores, nimirum, consuetudinem transgrediendi regulas, esse lethalem, quavis una, vel altera transgressio talis non sit, quae retuli lib. 1. huius tract. c. 5. n. 2. Quod idem tenent Abb. c. nam concupiscentiam, n. 4. c. 5. de constitut. & ibi Felin. num. 11. in fine, Carthusian. de reformat. claustr. lib. 1. c. 6. Tabien. verb. religio. q. 4. Atque eam consuetudinem esse contemptum interpretantur, & ob id mortalem, quando adesse propositum non servandi principalia religionis statuta, etiam ad culpam non obligantia, sed frequenterea transgrediendi, fatetur D. Anton. 3. part. tit. 15. c. 1. §. 9. citans Joan. de Neapoli. & Sylv. verb. religio. 1. q. 12. dist. 4. Valent. 2. 2. disp. 10. q. 4. punct. 5. col. penult. vers. atque ita est. Ceterum, etiam hanc doctrinam credam veram, & id decretum esse mortale, rationem tamen horum non approbo, quod nullatenus fit contemptus, quomodo voluntas subiectiendi se regulae adest. Sed ratio huius doctrinae est, quia hic probabilissimum est, quod regulae hanc accepta, ut non sit graviter religiosi (sue per mortali taliter vivere, ut non sit graviter religiosi) suae religionem adeo, ut valde expedit iure religioni eum expellere. Sed haec dama inferret habens eam intentionem. Et confirmatur, quia si religiosus nollet tamquam servare silentium, nec orate, nec modeste incedere: & ingredere totum omnium religiosorum cubiculum; & similia religionis statuta transgredere, eo quod singulari ad culpam per se non obligant, abique dubio perturbatione graviter totam religionem, & se in eo statu continueret, ut oportere tamquam incorrigibilem eum expellere. Ergo tenetur sub mortali culpa transgredi regulam, si religiosem sub mortali culpa transgrediatur, si ad ista non sit expulsi, ut non sit dignus expulsi. Quare, si possibile esset (id quod mortaliter impossibile est) nullam legi religionis, ruinam nec periculum transgressionis votorum, nec contemptum ex universalis decreto non servandi statuta religionis ad mortalem non obligantia, tale decretum non esset mortale, quia nulla est ratio sufficientis damna illud: neque obligatio religiosi habentis propositum tendendi ad perfectionem, arguit hoc decretum esse mortale, seculo praedito periculo, ut dicemus c. seq. num. 9.

19 Non tamen esset mortale, si religiosus ille vellet servare aliquam, vel aliquas praecipuas regulas, etiam si nollet servare alias, quoniam per illam, vel illas una cum suis votis posset contendere ad perfectionem, licet non currere, sed ad ista non sit expulsi, ut non sit dignus expulsi. Quare, si possibile esset (id quod mortaliter impossibile est) nullam legi religionis, ruinam nec periculum transgressionis votorum, nec contemptum ex universalis decreto non servandi statuta religionis ad mortalem non obligantia, tale decretum non esset mortale, quia nulla est ratio sufficientis damna illud: neque obligatio religiosi habentis propositum tendendi ad perfectionem, arguit hoc decretum esse mortale, seculo praedito periculo, ut dicemus c. seq. num. 9.

20 Quare in religioso esset peccatum mortale decretum nunquam se continendi ab ullo actu, propterea quod prohibetur in regula, aut a Praelato, nisi prohibetur sub mortali. Unde necessario dicendum est inter ea statuta, ad quorum singula determinat non tenetur religiosus sub mortali, teneri ad aliqua vagis sub mortali; quae obligatio nascitur ex praecipua votorum obligatione, quae obligat ad perseverandum in religione abique notabili detrimento, & ruina illius, & periculo transgressionis votorum, quod constat ex dictis, nu. praecedenti, & 18.

21 Major autem difficultas est, quando quis in consuetudinem duceret regulas ad culpam non obligantes transgre-

di, habens tamen animum eas servandi *Vasq. 1. 2. q. 96. art. 4. disp. 158. c. 6. num. 60. ait, transgressionem legis frequentem fieri mortalem, quae alias semel, aut iterum non esset. Ducitur, quia qui frequenter omittit, videretur notabiliter ledere Legislatoris finem, ex quo materia praecipui expendi debet. Pro se refert Adrian. quodlib. 6. art. 2. circa finem corpor. ubi valde favet ejus sententiae: docet enim peccare mortaliter, qui legem contemnit, vel sic transgreditur, ut notabiliter ejus finem impediat. Eandem doctrinam sequuntur Doctores relati n. 16. Sed hoc non credo; quia nullus ex his adibus in consuetudinem ductis assignari potest, qui culpam lethalem constituat: nec illi adus uniuersum, ut contingit in minimis furtis, iuxta regulas traditas lib. 3. huius tract. c. 4. ad nu. 9. Ergo ea consuetudo non est lethalis. At fateor teneri hunc libi lethali diligentiam apponere, ut eam consuetudinem corrigat, quando adverteat eam periculum transgressionis votorum sibi offerre, & egrediendi ex religione, gravique offensiois, & scandali causam esse illam. Sicut quamvis consuetudo jurandi non possit dici peccatum lethale: at negligentia ejus extirpanda, amadverto perjuriorum periculo inde conflurgente, est lethalis iuxta ea, quae diximus lib. 3. c. 5. nu. 10. & c. seq. & constat ex dicendis infra c. 9. nu. 71.*

22 Tandem erit quoque mortale regulam transgredi, etiam si nullam culpam, vel ad solam venialem obliget, quoties religiosus ideo eam violat, ut impediatur, quantum in se est, finem illius legis, quod de praecipitis etiam ad solam venialem obligantibus tradunt Cajet. *sum. verb. praecipit transgressio vers. commune est autem Armi. verb. praecipit n. 4. Valent. 1. 2. disp. 7. q. 3. punct. 6. col. antepenult. vers. Tertius casus est, & Vasq. dicens id esse verissimum, 1. 2. q. 96. art. 4. disp. 158. c. 6. nu. 57. Et reddidit rationem Cajetanus, quia hic transgressio proportionaliter se habet ad finem praecipiti, sicut qui transgreditur ex contemptu, se habet ad praecipitum ipsum, nam hic respicit finem, sicut ille respicit praecipitum. Et licet si Doctores non agant de regulis ad nullam culpam obligantibus; at eadem ratio militat in his, nam harum contemptus similiter est mortalis. Velle autem impedire finem praecipiti, & equiparant, quo ad culpam, contemptu Doctores citati.*

23 His praemis, praecipua huius capituli difficultas est, quando non adesse praeditus contemptus observantiarum extenuandam, quae in regulis continentur, aut praecipiti superioris, nec voluntas impedire finem, nec superior, aut regulae institutor mentem suam explicuit esse, ut regulae, aut praecipitum obligent ad culpam, seu ad hoc, vel illud speciale genus culpe. Est igitur difficultas, unde dignoscatur, an regulae, vel praecipitum obligent ad culpam, & an ad solam venialem, vel potius mortalem? Et quidem hoc discernendum est ex eisdem regulis, quibus videntur Doctores ad discernendum ea leges ecclesiasticae obligent ad culpam, & ad qualem culpam. Quod ideo constat, quia *Casus. Casp. Joan. de Medi. Ledes. Valent. & alii referentis n. 29. tradentes regulam ad dignoscendam obligationem sub mortali, ex verbis in lege ecclesiastica ostent, eam probant ex Clem. c. de verbor. signifi. in qua Pentites obligationem regulae Divi Francisci sub mortali ex verbis illius probat: ac proinde sentiunt ii Doctores eodem modo dignoscendam esse obligationem regulae, & legum ecclesiasticarum. Et expresse Abb. c. nam concupiscentiam, n. 4. de constitut. & rubric. de observat. sejunior. in fine, & c. relatum nu. 6. ne clerici, vel monachi, docet eodem modo regularum religionis, & legum ecclesiasticarum obligationem judicandam esse. Et Sylvest. religio. 1. q. 8. in fin. tractans quomodo cognoscenda sit qualitas obligationum regularum religionis, remittit se ad regulas, quas tradit *verb. praecipitum, §. 2. quae sunt ad dignoscendam obligationem legis ecclesiasticae, & ratio est, quia regulae sunt quaedam leges ecclesiasticae. Et eodem modo judicandum est de obligatione praecipitorum superioris, & regule, tradunt Abb. rubric. de observat. sejunior. in fine, Sylv. verb. praecipitum qu. 2. Armi. verb. obedientia nu. 2. & D. Thom. ab omnibus receptis, 2. 2. q. 186. art. 9. in fine corpore equiparant praecipita, sive ortentur a superiore impositum, sive in regula expressum. Et ratio est, quia jus obligationis utriusque ex superioris auctoritate, & voluntate obligandi, ac gravitate materiae conflurgit.**

24 Ad discernendum autem, quando lex ecclesiastica, vel civilis obliget ad culpam mortalem, traduntur diversae regulae a Doctoribus, quae omnes, ut culpa sit mortalis supponunt necessario materiam esse gravem. Nam quando materia non est ita gravis, ut culpa mortalis capax sit; quantumcumque intendat Legislator obligare ad mortale, & quibuscumque verbis, & poenis utatur, non obligabit ad mortale, ut lib. 1. huius tract. c. 5. nu. 4. probavimus, ubi etiam explicavimus, unde nam materiae gravitas dignoscenda sit.

25 Supposita autem hac materiae gravitate, traduntur regulae quaedam ad hoc dignoscendum. Prima est: Si legislatoris intentio persequi cognosci possit, eam esse, ut lege sua ad mortale obliget, & obligat ad mortale, dummodo, ut diximus nu. praeced. materia sit ita gravis, ut capax sit ejus obligationis. Si autem intentio sit obligare ad solam venialem, ad id solam obligabit. Ratio est, quia lex divina naturalis dicitur parendum esse superiorum praecipitis, eo modo quo ab ipsis proficuntur; ita ut quando a

35 Circa hoc verbum, Mando, est difficultas, quidam enim assignant discrimen inter verbum, Praecipio, & Mando, ut illud importet obligationem sub mortali, hoc autem sub veniali. Ita docet Sylvest. verb. lex, qu. 8. & dicit esse commune hanc differentiam, D. Anthon. 2. p. tit. a. c. 2. §. 3. & 3. p. tit. 16. c. 1. §. 9. in fine & videntur tenere Azor. lib. 3. institut. c. 6. q. 52. & Emmanuel Sa in summ. verb. lex, nu. 6. ubi dicit id verbum non importare gravem obligationem, & id non afferre praecipitum. Docent etiam Glossa h. sap. verb. necessitatem, ff. de offic. Praesid. & ibi Bart. ad finem, & l. 2. nu. 1. C. de comman. de legat. Cardinal. Clement. in fine num. 3. prope finem, de procuratoribus. At dicendum est, importare praecipitum, sicut etiam verbum, Praecipio: nam quamvis interdum accipiatur pro Commissio, at quando in constitutione aliquid statuenti ponitur, importat praecipitum. Et ita merito D. Anthon. utroque loco citato ait, Mando, & Praecipio usurari communitur pro eodem, & importat praecipitum. Docent Archidiaconus, c. fin. num. 3. 15. q. 1. Anton. c. nam concupiscentiam, in fine de constitut. & ibi Alex. de Nemo. num. 2. Felin. num. 5. & in c. cap. exco. nu. 11. differens, 5. de rescriptis. Quibus Abb. num. 4. Bonifac. Clement. 2. num. 23. de penit. & remission. Sylvest. Gabr. Castri. allegari num. 32. Vasquez 1. 2. qu. 96. art. 4. disp. 158. c. 3. num. 21. & c. 6. numero 36. ubi merito reprobatur differentiam illam ab aliquibus traditam inter Mando, & Praecipio, dicens utramque verbum posse ad mortale, seu veniale obligare.

36 Verba aequipollentia praecipio tibi; Debetis quippe ex propria significatione non debentur honestatis, sed praecipio importat. Et si aliquando per accidens ratione subiectae materiae debentur solius honestatis importet, ut ex multis Doctoribus probavimus lib. 4. de matrim. disp. 23. num. 22. & praeter viutores ibi citatos, idem docent Felin. c. nam concupiscentiam num. 16. de constitut. & ibi Alex. de Nemo. num. 2. Tabien. verb. lex q. 28. nu. 29. Tolos. in fine Summ. ubi de peccat. mortali, c. 20. num. 2. Azor. lib. 5. institut. moral. 6. q. 5. Vasq. 1. 2. q. 96. art. 4. disp. 158. c. 3. num. 21. Emmanuel Sa summ. verb. lex, num. 4. Philari. de offic. sacerdot. r. p. 2. lib. 3. c. 2. dist. 3. & constat ex sequenti 1. c. si Episcopus 11. q. 3. & c. licet Ecclesia 12. q. 2. & c. propositus. Sc. super quo, & c. oblate, de appell. c. c. ut fames §. respondemus, de sent. excom. in quibus locis significat praecipitum, quatenus aliqui pauci quos ea disp. 23. num. 2. retulimus, dicant non importare praecipitum. Quod est tantum verum in triplicata. Primum est, quando subiecta materia id petit: quod accidit, quando id importat praecipitum, & restat ab absurdo intellectus, vel aliquis iuris correctio, l. praetor, in principio, ff. de edictis. Ita Bart. l. creditor, in 2. num. 2. c. de pignor. Incola Clemens. attendens, num. 7. de statu monachorum. Secundum est, quando dispositio legis, vel praecipitum est principaliter in favorem eius, cui mandatur, vel ad quem refertur. Et ratio est, quia cum possit in favori suo cedere, non potest debetum praecipitum, & necessitatis importare, ut colligitur ex l. cum pater, 799 §. mando, ff. de legat. 2. ubi Gloss. verb. iuri, tradit praedicam rationem. Et ita docent Bart. verb. num. 3. & h. sap. in fine ff. de offic. Praesid. Felin. c. nam concupiscentiam num. 8. limitat. 2. Ultimus est, quando adiungitur particula importans consilium, ut si dicat, humiliter debet. Sic Gloss. c. 1. verb. humiliter, d. 6. Sed cum hac acceptatione impropria sum, & ex peculiari ratione concurrerent dilatare verbum, Debetis, a propria significatione, quae est debetum praecipitum importet, non sicut ad consequentiam trahenda, ut bene animadvertunt Gabr. 14. disp. 26. q. 3. art. 1. ad finem, Angel. verb. lex, num. 3. Sylvest. verb. praecipitum q. 2.

37 Sed de verbo Oportet, est difficultas: quidam enim dicunt suapte natura importare necessitatem, & debetum praecipitum, et si quandoque per accidens ratione subiectae materiae importet debetum honestatis, sicut num. praecedenti diximus. Idem de verbo, Debet. Sicut docet Glossa l. 1. verb. prius ff. de iust. & iur. & ibi Bart. statim in princ. In fine num. 9. Anton. c. nam concupiscentiam, in fine de constitut. & ibi Imol. num. 10. Alexand. de Nemo. 25. Felin. num. 5. & c. si qui testatur num. 3. de testib. Forzani, quem refert, & loquitur Navarra. summ. c. 23. Hipp. num. 51. Lavin. num. 53. Joan. a Meri. C. de iuribus q. de necessitat. serva. §. non. §. ut igitur quodam modo. Tolos. in fine Summ. ubi de peccat. mortali, c. 20. num. 2. Emmanuel Sa summ. verb. lex nu. 6. Valenz. 1. 2. disp. 7. q. 5. punct. 6. q. 5. §. 1. ubi dicitur, sicut autem circa hoc Philari. de offic. sacerdot. r. p. 2. lib. 3. c. 2. dist. 3. At verus est, solius honestatis debetum importare, quia id verbum est indifferens, & aliquando debetum praecipitum, aliquando debetum honestatis importat, & bene tradunt Gloss. c. 1. verb. oportet de praescript. in 6. & c. 1. verb. oportet 25. q. 1. & ibi Archidiaconus, n. unic. Turrescra. num. 2. Salom. 2. 2. q. 77. art. 1. contravenit. 8. col. 5. §. ex his sequitur, Carbon. de legib. lib. 7. disp. 4. ad finem. Non ergo recurrendum est inter verba aequipollentia praecipio, eo vel maxime quod (ut dicemus num. 66.) in dubio, an verbum importet praecipitum, an potius consilium benignior pars, ut solum consilium importet, accipienda est. Et ita docent Castri. lib. 1. de leg. penal. c. 5. ad finem.

38 Praeterea, sunt verba aequipollentia praecipio, reneantur: & docent Castri. c. 6. de iur. ad. 1. Vasq. c. 2. n. 21. Emmanuel Sa summ. verb. lex num. 6. Sayr. clav. reg. lib. 3. c. 9. num. 27.

Azor lib. 5. institut. moral. c. 6. quast. 5. ubi bene dicit de verbo, obligentur: quia eadem est significatio. Similiter aequipollent praecipio omnia verba necessitatem importantia, ut, necessariis, necesse est: & docent Gloss. c. demio, 2. verb. necesse disp. 50. & ibi Archidiaconus, num. 1. Preposit. col. 2. Joan. a Meri. citatus num. praecedens. Castri. & Vasquez. Super proximè allegatis Philari. numero praecedenti relatus. Idem dicendum est de verbo, non licet: sic Castri. & Meri. Philari. Vasquez ibidem. Idem dicendum est de verbo, non potest, ut bene docent Castri. & Vasquez. Idem. Et ratio est, quia verbum, non potest, praeciam necessitatem importat, ut ex multis probavimus libro 6. de matrim. disp. 38. numero 20.

39 De verbis imperativi accipiuntur difficultas, ut facile, vel faciant: quidam enim dicunt esse id importare praecipitum: quia, quod imperatur necesse est fieri. Sic Decius c. nam concupiscentiam, in 1. leli. in de constitut. citatur Abb. c. vestra nu. 1. notab. 2. de cohabit. cleric. & mulier. At hoc non dicitur ita generaliter, immo ait, an id sit verum generaliter colligendum esse ex Clement. exco. de verb. signifi. Alii autem dicunt importare praecipitum, sub solo tamen veniali obligans. Navarra. summ. c. 22. Hipp. num. 8. Lavin. num. 49. Emmanuel Sa summ. verb. lex num. 6. Philari. de offic. sacerdot. r. p. 2. lib. 3. c. 2. dist. 3. & significat Sayr. clav. reg. lib. 3. cap. 7. num. 46. ait enim non importare obligationem sub mortali. Alii dicunt ex non importare praecipitum aliquod, quia sunt simplicia quaedam verba, & quando jus, vel superior aliquid sub culpa precipere vult, fortioribus terminis uti solet. Sic Castri. 2. 2. q. 186. art. 9. circa fol. ad 2. Castri. eo docum. 4. Salom. 2. 2. q. 77. art. 1. contr. 8. col. 5. §. ut si sequitur, Carbon. de legib. lib. 7. disp. 4. ad finem, Vasquez. eo c. 3. numero 24. limitate quod num. 25. praeterquam in legibus contentis in iure canonico, & Conciliis, quae per solum imperativi verbum obligant ad culpam: quod intelligendum est iuxta materiae gravitatem, & necessitatem. Sed dicendum est, statum esse consuetudini religionis acceptantibus, & intelligendis ea verba. Si enim ea explicuit tamquam verba praecipitum, contingunt praecipitum, si vero tamquam verba consilii, contingunt consilium. Ubi autem consuetudo nihil explicuit, spectandum est materiam: & si ea magni ponderis, & necessitatis sit, & simile sit, eam sic a superiore ponderatur, contingunt praecipitum: levis autem non. Probatur hoc ex Clement. exco. §. item quia verbi, non itaque de verb. signifi. ubi Pontifex expressè dicit, verba imperativi esse contingere praecipitum colligit. Sic Anton. c. nam concupiscentiam in fine de constitut. & ibi Abb. num. 4. Imola num. 10. Felin. num. 8. verb. de aliquibus autem verbis, Alex. de Nemo. num. 26. idem Abb. c. relatum num. 6. ne clericus vel monachus, Angel. verb. lex nu. 3. & ibi Tabien. q. 28. num. 29. Armil. nu. 4. & ibi Vasq. eo art. 4. disp. 159. c. 2. num. 10. dicit verba imperativi importare praecipitum, quando aliquum materiae illius legis plurimum interest Republicae, & sic tenet hanc sententiam. Eadem tenentur Syrest. verb. praecipitum q. 2. Exordium. hoc ad aequipollentibus, n. 11. & alii plures. Addunt in super Imol. & Alex. de Nemo. importare verba haec praecipitum ratione aliquis adiuncti, ut si dicat, facias, ut tenentis. Nec obstat ratio Decii probantis semper ea verba importare praecipitum, quia (ut bene ait Cajetanus proximè allegatus) verba imperativi Grammaticè important praecipitum, non autem iudicium.

40 Tandem alia sunt verba communia, quae nec sunt praecipitum, nec aequipollentia praecipio, qualia sunt, Moneamus, Hinciamus, & similia, quod omnes fatentur. Inter haec numeratur, Ordinamus. Sic Abbas rubr. de servat. §. iunior, in fine, Angel. verb. lex, num. 3. Sylvest. verb. praecipitum, q. 2. Armil. verb. lex num. 4. Gabr. 4. disp. 6. q. 3. art. 1. ad finem, Castri. eo docum. 4. Joan. a Meri. c. de iuribus q. de necessitat. serva. §. non. §. ut igitur quodam modo. Ledesma. par. 4. q. 17. art. 2. dub. 4. Navarra. summ. c. 23. Hipp. num. 68. Lavin. num. 47. Gutier. Quast. canon. lib. 1. c. 7. n. 25. Azor. r. p. 2. institut. lib. 5. c. 6. q. 5. Emmanuel Sa summ. verb. lex nu. 6. Vasq. 1. 2. q. 96. art. 4. disp. 158. cap. 3. num. 23. Philari. de offic. sacerdot. r. p. 2. lib. 3. c. 2. dist. 3. Sayr. clav. reg. lib. 3. cap. 7. num. 28. Idem de verb. Statuimus Anton. c. nam concupiscentiam in fine de constitutionibus, & ibi Abb. num. 4. & rubr. de observat. §. iunior, in fine, Angel. Sylv. Castri. Gabr. Joan. Meri. Ledesma. Navarra. Gutier. Azor. Vasq. & Sayr. citati, Tabien. verb. lex quast. 28. num. 29. & ibi Armil. n. 4. & verb. praecipitum, num. 7. Et idem bene ait Sayr. de verbis stabilibus §. Constituimus, quamvis Felin. d. c. nam concupiscentiam, num. 8. limit. 4. & ibi Dec. in 2. lib. in novo, edition. num. 8. Imol. num. 8. & q. 9. dicant verbum Statuimus importare praecipitum: quod potest probari, quia Glossa in fine de rescriptis dicit verbum, Statuimus, inducere novum jus. Sed respondet bene Alex. de Nemo, nam concupiscentiam, num. 28. ligare ad culpam; & idem dicit Felin. de aliis verbis communibus. Similiter est verbum commune Invenimus, Sic Gabr. Sylv. Angel. & Azor. citati. Similiter est verbum commune, & non praecipitum, nec aequipollens praecipio, Voluimus. Sic Anton. Alex. de Nemo, Sylvest. Gabr. Joan. Meri. Ledesma. Gutier. citati, Azor. Philari. Sayr. & Vasq. locis adductis.

ductis, quamvis Imol. eod. num. 8. & alii, quos citato nomine refert Sylvest. dicant verbum, Voluimus, esse praecipitum. Similiter est verbum commune, Tardimus, ut docet Azor. supra. Idemque dicendum est de verbo, Sanciimus; scilicet esse commune, non praecipitum, ut bene Castri. Vasquez, & Gutier. allegati supra.

41 Sed de verbo, Decernimus, est specialis difficultas: quidam afferunt importare necessitatem. Sic Gratianus. disp. 41. in fin. Archidiaconus, c. 7. num. 2. disp. 76. ubi Dominus, & Turrescra. in fin. Anton. d. c. nam concupiscentiam, Felin. num. 8. Imol. num. 9. Decius in 2. lib. in fine, edit. num. 25. At verus est, esse de verbum commune, & sic nec praecipitum, nec praecipitum aequipollens. Sic docent Abb. c. nam concupiscentiam, num. 4. de constitut. Alex. Sylvest. Tabien. Gabr. Castri. Gutier. Vasq. Azor. num. praeced. allegati, Armil. verb. praecipitum, num. 7.

42 Non constat enim inter hos Doctores, an lex, in qua praedicta verba continentur, prorsus non obliget ad culpam; nam Abb. c. nam concupiscentiam, num. 4. de constitut. c. relatum num. 6. ne clericus, vel monachus, Tabien. verb. lex num. 28. q. 29. & ibi Armil. num. 8. Emmanuel Sa num. 6. dicunt praedicta verba communia indicare non esse Legislatoris mentem obligare ad culpam mortalem: unde videntur sentire, esse modeste, esse mentem Legislatoris, obligare ad veniale. Eodem modo loquendi utitur Azor. libro 5. Institut. Moral. cap. 6. q. 5. dicens haec verba non continere gravem obligationem: atque expressè id tenent idem Abb. rubr. de observat. §. iunior, in fine, & Navarra. summ. cap. 23. Hipp. num. 48. Lavin. num. 49. Philari. de offic. sacerdot. r. p. 2. lib. 3. c. 2. dist. 3. At verus est tunc legem ad nullam culpam obligare, quia eam obligationem ea verba communia non important, & rigidioribus, atque expressioribus verbis utitur Legislator, dum ad culpam obligare intendit. Et ita docent Anton. & Vasquez nu. 40. allegati.

43 Denique circa hoc certum est inter Doctores, aliqua verba ad solere legibus, & praecipitum, quibus clarè significatur intentionem praecipitum esse, obligare sub mortali, ut quando in praecipio dicitur id iuberi in virtute obedientiae. Atque ita docent Gabr. 4. disp. 16. q. 3. art. 2. ad finem, D. Anton. 2. p. tit. a. c. 2. §. 3. & 3. parte 16. c. 1. §. 9. ad finem. Angel. verb. lex nu. 3. Sylvest. verb. praecipitum q. 2. Capri. 2. 2. q. 186. art. 9. circa solution. ad 2. Tabien. verb. lex q. 28. nu. 29. & ibi Armil. num. 4. Castri. lib. 1. de leg. penal. cap. 5. docum. 4. Joan. Meri. C. de iuribus q. de necessitat. serva. §. iunior, §. ut igitur quodam modo Ledesma. par. 4. q. 17. art. 2. dub. 6. Navarra. summ. c. 23. Lavin. nu. 53. Hipp. num. 51. Sayr. clav. reg. lib. 3. c. 7. nu. 28. Salom. 2. 2. q. 77. art. 1. contr. 8. regul. 2. Aragon. 2. 2. q. 62. art. 3. col. 6. §. si qui quarat, Valenz. 1. 2. disp. 7. qu. 5. punct. 6. q. 3. art. 2. 2. disp. 10. q. 4. punct. 5. col. 1. prout, verb. praetere hinc autem Manual. r. p. 2. lib. 3. c. 2. editio. c. 194. nu. 2. Azor. r. p. 2. institut. lib. 5. cap. 6. quast. 5. Idem si dicitur, virtute iurandi praesertit, aut voti facti: quia perinde existit obedientia vi illius vinculi sub mortali obligantis debita. Azor. ibidem. Atque idem esset, si diceretur, iure iuramenti. Idem, si dicitur, in virtute Spiritus Sancti: quia tam gravia verba satis indicant animum superioris esse vellem gravem sub mortali obligationem imponere. Item, quia usus iam obtinuit, ut similia verba obligationem sub mortali indicent. Ita tradunt Ledesma, & Aragon. D. Anton. & Armil. locis proximè allegatis. Accuse idem craterem, si dicitur, in nomine, vel virtute JESU: quia eadem in his verbis procedit ratio. Idem, si dicitur, vel interminatione gehennae: quia ea comminatio non minori culpa, quam mortali ferri valet. Castri. supra. Idem, si dicitur, sub poena maledictionis aeternae: quia haec solis inimicis Dei convenit. Ita D. Anton. 2. par. tit. a. cap. 2. Angel. Tabien. Armil. Azor. supra citati, Sylvest. verb. praecipitum q. 3. Vasquez 1. 2. q. 96. art. 4. disp. 158. cap. 5. numero. 46. Idem si dicitur, sub poena indignationis Dei, ob eandem rationem. Sylvest. eo q. 3. Angel. Tabien. Armil. Gabr. Azor. & Vasquez allegati. Vel, sub poena maledictionis Dei, Tolos. in fine Summ. ubi de peccato mortali cap. 19. num. 6. Et idem ob eandem rationem dicendum est, si dicitur, sub indignatione Apollolorum Petri, & Pauli, ut bene Navarra. Valenz. Tolos. Sayr. & Salom. citati. Idem, sub strido Dei iudicii, quia grave est additum, ut bene Gabr. supra. Idem propter eandem rationem exilimandum est, si dicitur, sub observatione divini iudicii. Navarra. Valenz. & Sayr. citati. Idem, si addatur particula, stricte, vel arcte, ut, stricte mandamus, quia stricte mandare, non est, nisi quando est animus graviter obligandi, ut bene notat Azor, & Navarra. supra adducti. Idem, si in lege dicitur, sub praecipio. Ita docet Ledesma, supra; sed non approbo, quia cum praecipitum sit commune peccato veniali, & mortali, non est cur id additum importet obligationem sub mortali.

44 Et haec omnia verum habent, et si verba sint communia, & nullam ex se obligationem inducunt, ut ordinamus, vel statuis in virtute obedientiae: quia illud additum quibuscumque verbis, satis indicat mentem superioris esse, obligare graviter, & in quantum potest. Sic Gabr. ibidem. Idem tenet Castri. ibidem: at enim, et si verba praecipitum sint communia, esse mortale, quando poena

est talis, ut pro solo mortali infligi solet. Idem clarè tenet Azor. ibidem; ait enim esse mortale, quando superior dicit, stricte, vel in virtute obedientiae mandamus, ordinamus, decernimus statuis. Quae verba sentit esse communia, ut ex ipso retulimus num. 40.

45 Insuper credo haec verum, et si superior talis esset, qui nequiret praecipere in virtute obedientiae, vel Spiritus Sancti, utpote qui iurisdictione spirituali careret, cuius est similibus verbis in suis praecipitis uti. Si enim materia talis sit, ut possit superior esse obligare sub mortali praecipiendo illam, obligare sub mortali: quia utens similibus verbis, est usus ineptus sit, satis explicat mentem esse, velle obligare secundum totam via potestatem, & eo modo quo superiores habentes iurisdictionem spirituales, intendunt praecipere, dum similibus verbis utuntur.

46 Praeterea haec vera sunt, et si dubium sit, an materia sit ita gravis, ut capax sit obligationis sub mortali: quia, dum de materia levitate non constat, tenetur subditus iudicio superioris stare. Sic Cordub. in reg. D. Franc. cap. 20. q. 3. punct. 1. in primo modo cognoscendi quomodo praecipia obligent, Aragon. 2. 2. q. 62. artic. 3. col. 6. §. et si qui quarat & aperte id sentit Sor. 4. distict. 22. q. 1. art. 2. conclus. 1. corollar. 1. dicens enim praecipitum sub poena excommunicationis obligare sub mortali, limitat, nisi tantum esset abusus sic praecipendi in rebus levissimis, ut praecipitum contineret manifestum errorem. Quod idem tradit Vasquez 1. 2. q. 96. art. 4. disp. 158. c. 5. num. 40. Meri. eodem art. 4. fol. 8. v. v. v. sed contra istas regulas, At, ut bene ait Corduba, si constaret materiam non esse ita gravem, ut obligaret sub mortali, obligabit, tamen sub veniali, quia superior inten it obligare quantum potest.

S U M M A R I U M.

- An ex poena spiritualibus colligatur obligatio ad culpam? nu. 47.
- An sit signum obligationis sub mortali poena excommunicationis minoris in lege imposta? num. 48.
- Quid si imponatur excommunicatio maior ipso facto incurritur, vel tantum ferenda? referatur quaedam sententia. n. 49.
- Quando imponitur poena excommunicationis ferenda in lege, seu praeterea iudicium obligatioe expicit? n. 50.
- Quid si iuxta formam imponatur excommunicatio, ut necessaria sit mortali poena antequam feratur? num. 51.
- Quid si levitatem materiae ca mortis necessaria sit? num. 52.
- Quid si excommunicatio sit ad terrorem, & quid si id laetatur subditum, & an superior possit animum mutare: & quid si materia ex se sit levis, & propter subditi obstinationem fiat gravis? num. 53.
- Quid de poenis suspensionis, interdicti, & irregularitatis? n. 54.
- Quid de poena depositiois, aut degradatiois, & privatiois ecclesiae, saeculae spulsa? num. 55.
- An haec vera sint, etiamsi lex sit pure penalit, nec natura verbis praecipitum, sed communitus? num. 56.
- An quando poena est temporalis, obliget lex eam indicens sub aliqua culpa? & explicatur quando sit certum non obligare. n. 57.
- Explicatur difficultas, & referatur duplex sententia. n. 58. & 59.
- Explicatur sententia auctoris, & solvantur contraria, num. 60.
- Quid si lege aliqua id sit interdictum? n. 61.
- Lex penalit poenalia imponit obligare in conscientia? n. 62.
- Quid si materia legis morte penalit, esset valde gravis, vel poena valde gravis? num. 63.
- An poena mortis, mutilationis, infamiae, carceris, saltem in religionibus, & poena gravioris culpe istius, ut poena exili, irremium, flagellationis, percuraria, & confiscationis honorum, amissionis publici muneris, sint iudicium obligationis ad culpam mortalem? num. 64.
- Quid si verba legis non sint praecipitum, sed communia? num. 65.
- In dubio, an lex obliget, vel non obliget sub mortali, quid iudicandum? num. 66.
- An omni lex obliget saltem sub veniali, quando aliud non constat ex mente Legislatoris? num. 67.
- Quae regulae religioforum obliget sub mortali ad externas observationes regulares, & quando sub veniali, & quando sub nulla culpa? num. 68.
- Quando id accidat in praecipio superiorum? num. 69.
- Quid in religione Societatis JESU, & in aliis non obligent praecipia, nisi quando aliquid in virtute obedientiae subetur, vel sufficiat aliud signum ex supra enumeratis, ut intelligatur obligare in conscientia? num. 70.
- An religiosus infringens praecipitum regulae, aut superioris, committat duplex peccatum? nu. 71.
- An inobedientia, quae ex solo contemptu, aut ex alia extrinseca circumstantia est mortalis, censetur reservata, quando referatur peccatum inobedientiae? nu. 72.

47 Circa alteram quaestionem, nempe, an quomodo ea poenis colligi possit intentio praecipitum non inducendi obligationem, aut inducendi hanc, seu illam, in primis certum est inter Doctores, quod verba nihil obligationis indicant, ex poenis spiritualibus appositae consistere haec obligationem. Si enim apponatur poena priore, vel